per eandem Dorotheam in Anno Millmo Sexcentesimo Sexagesimo Primo feria secunda in Vigilia festi Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum eidem in sex sexagenis Polon obligatorio modo inscript eorundem bonorum cunctas utilitates et attinentias utrobique latius continentes eiusmodi inscriptionis [illegible] libera admissione eiusd Dorotheae nemine ab eo tam in bonis quam hic circa Acta impugnante intromisit investivit et in pacificam possessionem contulit.

Włoszek Debitum.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Coranscen personaliter comparentes Generosus Joannes Albrecht Kralow Gladifer Terrae Chelmen et Generosus Reinholdus Wladislaus Kralow fratres germani sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt et quilibet eorum suo interesse recognovit. Quia Generoso Stanislao Włoszek et in eventu mortis illius [illegible] successoribus tenentur suntque debiti certi veri et liquidi debiti mutuataeque pecuniae summam Mille Ducentorum Florenorum Polon Quam quidem summam suprascripti recognoscen submittunt ac se de Omnibus bonis cum successoribus suis inscribunt Memorato Creditori suo suique eius posteris hinc pro festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxime futuro parata pecunia solvere realiterque et de facto dare et restituere aut circa Acta Officii praesentis deponere et relinquere depositamque et relictam rursus ad se ab eodem officio non recipere Nec modo quovis arestare aut [illegible] sub Vadio simili aliorum Mille Ducentorum Florenorum Polon in defectu solutionis pro tempore praefixo ad solvendum succumbendo. Et Coram officio praesenti Castren Coranscen in primis Citationis Termino peremptorio responsione ac reali et effectiva satisfactione Omnibusque in Universum Juris remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de Jure concessibilibus se et suos successores abdicando et abrenunciando sub amissione suae litis et integrae causae.

G. Zelski Notarius T. B. Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Coranscen personaliter comparens Generosus Nicolaus Karzmicki sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Generosum Christophorum a Pale Zelski Notarium Terrae Chelmen de recognitione certa Manuali Coram Actis authenticis Vadio Duorum Millium et Centum Florenorum Polon firmata et roborata ob praestitam sibi sufficientem satisfactionem quietat emittit et liberum facit ac eam recognitionem cassat et penitus annihilat.

G. Skiwski Notarius C. B. Quietatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Coranscen personaliter comparens Generosus Hieronimus Łowicki Rotmagister Districtus Chelmen sanus mente

et